

M. T. CICERONIS  
DE  
**DIVINATIONE**  
LIBRI DUO.

AD LIBRR. MSS., PARTIM NONDUM ADHIBITORUM,  
FIDEM EMENDAVIT, ALIORUM SUISQUE  
ANIMADVERSIONIBUS

ILLUSTRAVIT

*AUG. OTTO LUDOV. GIESE.*

---

LIPSIAE,  
SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI.  
MDCCXXIX.

censem esse nostros, eosque esse tractos extrinsecus, animorumque consentientium multitudine completum esse mundum: hac igitur mentis et ipsius divinitate, et coniunctione cum externis mentibus, cerni, quae sint futura. Contrahi autem animum Zeno, et quasi labi putat atque concidere, et ipsum esse dormire. Iam Pythagoras et Plato, locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficiisci ad dormiendum iubent: faba quidem Pythagorei utique abstinere; quasi vero eo cibo mens, non venter infletur. Sed, nescio quomodo, nihil tam absurde dici potest,

ex veteribus et recentioribus impugnarunt, allatos inveniri licet in Reinhardii Moral I. p. 140. — Herelium offendebat *est* ante error, idque deletum volebat: idemque in seqq. frustra haerebat in ter repetito *esse*. — Ad rem cf. I. c. 30. Codd. Reg. et Cantab. *divinitatis coniunctione*, ex quo Davis. susp. *hac ig. mentis divinitate et ipsius coniunctione*. Recte Hottingerus: „Locus quidem, inquit, sanissimus est, atque pronomen illa sede collocatum, singularem quamdam vim atque sensum habet, ad quem parum vir doctissimus adtendit. Nempe accuratius distinguit duos diversos divinationis per somnia modos, hoc nimirum dicens: mentem, quae futura sint, cernere, partim per se, quia ipsa divina sit, partim, quia coniuncta sit cum aliis extra se divinis mentibus. Eodem prorsus modo supr. I. 50. Sed tribus modis etc.“ Rath. *coniente*. Leid. a. et Rehd. om. *et ante ipsum*. Ad *contrahi* verbum vid. Mencken. Observv. L. L. p. 192.

*et ipsum esse dormire]* Sch. Nobb. et Moserus de conjectura scripserunt *et id ipsum*, quod temere factum esse, disci potest ex iis, quae nuperrime de huius pronominis usu verissime disputatione Hand. ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 391. — *Pythagoras et Plato*. Vid. I. c. 29. et 30, 62. *Victus et cultus* vocabula frequenter coniungi, exemplis docet Pareus Lex. Crit. p. 53 sq. De *faba* v., singulari numero posito, cf. Ramshorn. Gramm. lat. p. 658 sq. Pro vulg. scriptura *abstinuere*, auctoritate Codd. Balliol. Gud. II. Aug. Dresd. Creuz. Ulm. Leidd. b. c. Edd. Venet. 1471. et 1494. Marci, Iunt. Vict. al., *abstinere* recepi, praeeunte Orellio, qui verissime: „Neque perfectum ipsum placet, pro praesenti *abstinent*, quod volebat Davis., et, quod maius est, ista forma perfecti in *ere* nonnisi in corruptis locis apud Ciceronem reperitur. Cfr. *Oratorem* §. 157. *Addenda* ad Vol. 4. P. 1. p. 575. Retius sic habet etiam v. *utique*. „Pythagorei, si non praeparatos quodam cultu atque victu proficiaci ad dormiendum suos discipulos iubent, faba saltem abstinere iubent.“ *De nescio quomodo vv. cf. cap. praeced. extr.* *Ad sententiam Ochsner. ad Eclog. Cic. p. 171. comp. Lael. c. 13. et Varron. Eumenid. I. p. 276. Bip.*

*Postremo nemo negrotus quidquam somnias  
Tam infandum, quod nem aliquis dicit philosophus.*

test, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. Utrum 120  
 igitur censemus dormientium animos per sene ipsos in  
 sonniando moveri, an, ut Democritus censem, externa et  
 adventitia visione pulsari? Sive enim sic est, sive illo mo-  
 do, videri possunt permulta somniantibus falsa pro veris.  
 Nam et nighantibus moveri videntur ea, quae stant: et  
 quodam obtutu oculorum duo pro uno lucernas lumina.  
 Quid dicam, insanis, quid, ebriis quam multa falsa vi-  
 deantur? Quod si eiusmodi visis credendum non est, cur  
 somniis credatur, nescio. Nam tam licet de his errori-  
 bus, si velis, quam de somniis disputare: ut ea, quae  
 stant, si moveri videantur, terrae motum significare di-  
 cas, aut repentinam aliquam fugam: gemino autem lu-  
 cernae lumine declarari, dissensionem ac seditionem  
 moveri.

LIX. Iam ex insanorum aut ebriorum visis finnu-121  
 merabilia conjectura trahi possunt, quae futura videan-  
 tur. Quis est enim, qui totum diem iaculans non ali-  
 quando collineat? Totas noctes somniamus; neque fere  
 ulla est, qua non dormiamus: et miramur, aliquando id,

§. 120. *per sene ipsos — moveri, an]* Ita scripsi ex Codd. cum  
 Vict. Grut. Davis. (quem cf. ad II. de Nat. D. 34, 87.) Moser.  
 et Orelli, prob. Goerenz. ad II. Acadd. p. 133. Reliqui *per se-*  
*met ipsos*. — *Ut Democritus censem.* „Loquitur nimurum de si-  
 mulacris, vel exuvias quae εἴδωλα dicebat, quaeque de corpori-  
 bus effluere, hominumque sensus pulsare, ante Epicurum, sta-  
 tuebat. Cf. infr. 67.“ Hott. Vid. Plut. de Plac. Phil. V. c. 2.  
 Augustin, Epist. LVI. L de Fin. 6., quos comp. Davis. — *Quid*  
*dicam, insanis, quid, ebriis quam multa falsa videantur?* Ut  
 Pentheo apud Eurip. in Bacch. 912. καὶ μῆν ὁρῶν μοι δύο μὲν ἡλίους  
 δοκῶ, Λέοντα δὲ Θῆμας καὶ πόλιαν ἐπτάστομον ετο. Davis. susp. si-  
 gnificari pro significare.

C. LIX. *non aliquando collineat*] Aliq. Codd. Edd. Venet. 1494.  
 Asc. 1. Lamb. Ern. *collimet*. Gud. II. *colliviet*. Dresd. *conliniet*.  
 Reliqui Editt. ut nos. Cf. Oudend. ad Appul. Met. IX. p. 675.  
 Gronov. ap. Gell. N. A. IX. 1. et quos Idnt Goerenz. ad III. de  
 Fin. p. 338. et Moser. ad h. l. — Paullo post Lamb. Davis. Lall.  
 Ern. et Nobb. de Mureti conjectura, quam proposuit in Varr.  
 Lectt. VI. 16., scripserunt: *totas noctes dormimus, neque ulla fe-*  
*re est, qua non somniemus.* Acquiesco cum reliquis interprt. et  
 Faesio ad Muret. l. l. Vol. II. p. 309., in Hottingeri vulg. scrip-  
 pturæ explicatione, qui Ciceronis mentem hanc esse dicit: „vix  
 ullam noctem esse, qua non dormiamus, et in his multis, quas